Handschrift

Seite 55r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

vincat dulcedo dulcedine / quad-
modu clavu clavus expellit /
Sed sit nichilominus intellectu p-
ria lux et dux eoru / no solum
ob cavendas heretice fraudis de-
cipulas / et fidei puritatem ab
ab eoru versucys custodiendam
verum quoque ut cautius sis in
nimia et indiscreta vehementia
in tua conversaton vite / Sit
etia fortis et constans amor
tuus / nec cedens terroribus nec
succubens laboribus / Ergo ame-
mus affectuose circumspecte et
valide / scientes amore cordis
que et affectuosum dicimus /
absque eo qui dicitur cure dul-
cem quidem sed seducibilem
illu vero absque illo qui virtutis
est irrationabilem esse / sed fragi-
lem Et inde etia manifestis
exemplis ita esse ut dicimus
Cum egre ferent discipuli quod
de ascensu inferi discessu ab
eodem ipo audierant / audierunt
Si diligeretis me gauderetis
utique quia vado ad patrem / Sed
ergo / Non diligebat de cuius
discession dolebant / sed dilige-
bant quodammodo et no diligebant /
Diligebat dulciter / sed minus
prudenter / diligebat carnaliter
sed non racionaliter / Denique dilige-
bant toto corde no aut tota
aia Dilectio eoru contra salu-
tem eorum Unde et aiebat

Expedit ut ego vadam culpans vobis
consiliu non affectu / Loqueti ·p·
igitur de morte sua futura
obviare conantem Petrum / qui
eum tenere diligebat / cu ita
ut meministis increpando repres-
sit / Quid in eo aliud quam im-
prudentia rephendit / Postre-
mo quid est / non sapis que
dei sunt / nisi non diligent
diligis humanu sequens affectum
contra divinu consiliu / et vo-
cavit sathana eo quod saluti
et si nesciens adversaretur / qui
salvatore mori prohibet / Unde
et correctus repetente primos
triste verbu minime ia mori
vetuit sed se commoriturum esse
promisit / Non aut implevit
quia necdu ad tertiu pervenat
gradu / in quo tota virtute
diligitur / Erat tota aia doc-
tus diligere sed adhuc infir-
mus / Bene instructus sed pa-
rum adiutus / Non ignarus
misterii sed martirii pavidus /
non plane illa fortis ut mors
dilectio tunc fuit que morti
succubuit / Fuit aut postea ut
cu ex promission Ihu xpi in-
dutus virtute ex alto tota
tandem cepit virtute diligere
ut in concilio prohibitus pre-
dicare nomine sctm constanter
prohibentibus respondet / Obe-
dire oportet deo magis quam